lente, debet delegari Ducibus, & eorum officiis in Africa constitutis pro annonis, & capitu per singulos annos prædendis. Ita Clarissimo viro *Duci Tripolitanæ* provinciæ, & hominibus ejus singulis fol. v. cap. CLIX. singulis cap. fol. DCCLXXXIII. Adsessori Ducis, & officio ac hominibus ejus, XL. ann. XCVI. S. sing. ann. cap. fol. VI. Simul fiunt pro ann. & cap. fol. DCLXXIV. Dividuntur sic, Adsessori in ann. VIII. cap. IV. Primicerio [1] in ann. VIII. cap. II. Ducenariis III. ad ann. VI. fol. fiunt. ann. capitis fiunt capitum. cap. Centenariis [2] VI. ann. v. fiunt. Fiunt ann. IV. & ad cap. I. fiunt ann. XVI. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. Circitoribus [3] IX. semis. Aliis XI. ad ann. I. S. fiunt ann. XIV. fiunt. & ad cap. III. fiunt cap. XI. † Item viro clarissimo *Duci Byzacenæ* Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. singulis in ann. fol. v. cap. CLVIII. singulis cap. fol. x. Simul fiunt pro ann. cap. fol. DCLXX. omnes dividuntur sic, Adsessori in ann. VII. cap. IV. Primicerio in ann. v. cap. II. Numerario in ann. VI. cap. III. Ducenario IV. ad ann. III. fiunt cap. III. Centenariis VI. ann. * ann. XV. & cap. I. fiunt cap. VII. Circitoribus IX. ad ann. * fiunt ann. XIII. & ad cap. III. fiunt c. VII. Circitoribus IX. ad ann. II. fiunt XVIII. & ad cap. fiunt an. * XIII. * cap. IX. semis. Alii XI. ad ann. III. * fiunt an. XIII. S. & ad cap. XI. † Item viro clarissimo *Duci Numidiæ* Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. singul. ann. fol. VIII. cap. CLVIII. singulis cap. fol. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. fol. CCCLI. XXXIV. Adsessori ducis & officio ejus hominibus XL. ann. & cap. fol. v. cap. XLIX. singuli cap. fol. v. cap. XLVII. II. singulis cap. fol. III. Simul fiunt pro ann. & cap. solid. CLXIV. S. Dividuntur sic, Adsessori in ann. XIII. cap. VI. Primicerio * ann. cap. III. Numerario [4] in annum IV. * Fiunt ad ann. XVI. & ad cap. v. centenariis ad ann. XI. S. Fiunt duodecim. & ad cap. capita VI. Biarchis VIII. Circitoribus [5] IX. ad ann. II. fiunt ann. CXXVII. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. semis. Aliis XI. ad ann. II. fiunt ann. XVI. fiunt XV. & ad cap. III. fiunt cap. XI. † Item viro clarissimo *Duci Mauritaniæ* Provinciæ & hominibus ejus an. CXC. singulis an. solid. v. cap. solid. CC. CLX. XXXV. Adsessori Ducis, & officio ejus hominibus XL. an. XCVI. S* III. S. fiunt simul pro ann. & cap. fol. DCLXX. III. S. Dividuntur sic: Adsessori in ann. IX. cap. IV. Primicerio in ann. v. cap. I. Numerario in ann. cap. III. Ducenariis III. ad ann. III. S. fiunt ann. * & cap. III. fiunt cap. II. Centenariis III. ad ann. III. S. fiunt ann. * & cap. III. fiunt cap. II. * [Centenariis IX. ad ann. x. & ad cap. III. fiunt cap. v.] Biarchis [6] VIII. Circitoribus ad ann. VIII. fiunt ann. XVIII. & ad cap. III. fiunt capit. III. fiunt cap. XI. † Item viro clarissimo *Duci* [7] *Sardiniæ* insulæ, & hominibus ejus ann. CXC. singulis ann. solidi CCI. XXXII. Adsessori Ducis, & officio ejus hominibus XL. ann. XCVI. S. singulis ann. solid. * cap. XLVIII. singulis cap. solid. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. CL. CI. XXXVI. Dividuntur sic, Adsessori ann. IX. & cap. III. Primicerio in an. II. cap. III. Numerario in an. cap. III. Ducenariis [8] IV. ann. III. fiunt ann. XVI. & cap. III. fiunt & cap. IX. Circitoribus IX. an. III. Fiunt an. XXIX. & cap. III. fiunt cap. IX. Circitoribus IX. ann. III. fiunt ann. IV. cap. IX. semis. Aliis XI. ad ann. XVI. fiunt & ad capit. III. fiunt cap. XI. §. 20. Notitia consuetudinum, quas in sacro latercolo, & in prætorio amplissimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magistri militum, pro tempore Dux præbere debet uniuscujusque militis [9], sic: In sacro latercolo sol. VI. In officio Magisteriæ militum potestatis pro infinuandis adminsitrationis suæ divinis nostræ Serenitatis adfatibus solid. XII. In officio amplissimæ Præfecturæ per Africam pro infinuandis ejusdem chartis, solid. XII. §. 21. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostra statuit æternitas, effectui ea mancipari observarique præcipiat. §. 22. Emissa lex Idib. Aprilis CP. D. N. Justiniano P. P. A. IV. & Paulino V. C. Conss. [10]. §. 23. Et hæc notitia, Deo volente, debet delegari Judicibus, & eorum officiis in Africa constitutis pro annonis, & capitu per singulos annos præbendis. Item viro clarissimo *Duci Tripolitanæ* provinciæ, & hominibus ejus anno * nonagesimo singula annona solidos quinque capit. centum quinquaginta novem singulis cap. solidos ducentos octoginta duos: adsessori ducis, & officio ac hominibus ejus quadraginta annis nonaginta & septem. Item viro clarissimo *Duci Byzacenæ*, & hominibus ejus similiter. Item viro clarissimo *Duci Numidiæ*, & hominibus ejus similiter. Item viro clarissimo *Duci Mauritaniæ* provinciæ & hominibus ejus militer. Item *Duci Sardiniæ*, & hominibus ejus similiter.

§. 24. Item notitia confuetudinum, quas in sacro [11] latercolo, & in prætorio amplissimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magistri militum pro tempore Dux præbere solet uniuscujusque limitis, sic: In sacro latercolo sex solidos. In officiis Magisteriæ militum potestatis pro insinuandis divinis adminsitrationibus, seu divinæ serenitatis adfatibus, solidos duodecim: pro officio amplissimæ Præfecturæ per Africam pro insinuandis ejus chartis solidos duodecim. §. 25. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostram statuuntur, æternitatis effectui mancipari observarique præcipiat.

TIT. XXVIII.
DE OFFICIO PRÆFECTI URBI [12].

De cura annonæ.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Volusianum Præfectum Urbis.

STudentibus nobis statum Urbis, & annonariam rationem aliquando firmare: in animum subiit, ejusdem annonæ curam non omnibus deferri potestatibus. Et ne Præfectura Urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium [13] annonarium redundasset: eidem [14] Præfecturæ sollicitudinis necessitatem mandamus: sed non ita ut lateat officium Annonariæ [15] Præfecturæ: sed ut ambæ potestates, in quantum [16] sibi negotii est, tueantur civilem annonam: sitque solicetas muneris: ita ut inferior gradus meritum superioris agnoscat; atque ita superior potestas se exerat, ut sciat ex ipso nomine, quid præfecto debeatur annonæ.

De personis advocandis, vel non.
Præfectus urbis in provinciis agentes non evocat, nisi duabus ex causis.

2. Iidem AA. ad Ampelium Præfectum Urbi.

QUod promulgatis sanctionibus tua Sinceritas rescriptum esse non nescit, etiam ex præcepto nostro competenter observet: nec quasdam personas de provincia existimet advocandas, nisi [17] tantummodo suos officiales, & homines populares [18] hujus almæ urbis seditioni obnoxios.

Collatio præfecturæ urbis, & aliarum dignitatum.

3. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTIN. AAA. ad Rufinum Præfectum Urbi.

PRæfectura *urbis* [19] cunctis [20], quæ intra urbem sunt, antecellat dignitatibus, tantum [ex omni [21] parte derivatis,] quantum sine omni injuria ac detrimento honoris alieni [22] usurpat. Dat. 6. Kal. Jul. VALENTE A. V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376.

Qui subjiciantur præfecto urbi.

4. Imppp. THEOD. VALENTINIANUS, & ARCAD. AAA. Severino. Comiti [23] sacrarum largitionum.

OMnia Corporatorum [24] genera, quæ in Constantinopolitana civitate versantur, universos quoque cives, ac populares [25] Præfecturæ urbanæ regi moderamine cognoscas.

De primicerio.

5. Imp. THEOD. A. Constantino Præfecto Urbis.

PRimicerius [26] adjutor tuæ sedis officii per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine prisæ ordinationis [27] meruit, curam insuper personarum [28], usurpatione omni, atque ambitione cessante, suscipiat: hoc etiam adjecto: ut, si quis ex memorato ordine, vel conditionis humanæ fine præventus, vel alia quacumque ratione, militiæ gradum propriæ amisisse monstrabitur, solitæ ambitionis injuria vacante, locum is, qui juxta [matriculæ] [29] veritatem sequitur, obtineat.

TIT. XXIX.
DE OFFICIO MAGISTRI MILITUM [30].

De provincialibus. De præfectura.

1. Imppp. VALENT. GRATIAN. & THEOD. AAA. ad Ensignium P. P.

VIri Illustres Comites, & Magistri peditum, & equitum, in [31] provinciales nullam penitus habeant potestatem: nec amplissima præfectura in militares viros.

De apparitoribus.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Hypatium Magistrum militum per Orientem.

APparitores per Orientem statutos officii [32] tui ad aliud judicium trahi minime oportebit. Sciat igitur illustris magnificentia tua, sub te, sive civiliter, sive criminaliter appetantur, eos litigare debere.

De his, qui ultra statutos militant. De tribunariis collationibus.

3. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

EOs, qui [33] ultra statutos in officio Magisteriæ per Orientem potestatis militant, civilium quoque judicum sententiis super quolibet negotio subjacere [præcipimus:] ipsis quinetiam statutis in tribunariis collationibus civilium quoque judicum dispositionibus proculdubio parituris.

De translatione militum.

4. Imp. ANASTASIUS A. Joan. Magistro militum per Illyricum.

MIlites de locis, in quibus consistunt, ad [34] alia loca sine speciali nostræ Serenitatis auctoritate nullatenus transferri, præcipimus: ne eorum expensæ in locis, in quibus consistunt, minuantur. † Sed si forte quædam urgens & necessaria causa emerserit, utilitati ac securitati publicæ, tam amplissimam Prætorianam præfecturam, quam tuam fedem sine ulla procrastinatione prospicere protinus oportet, & suggestiones ad nostras aures destinare, indicantes tam loca, de quibus milites transferendi sunt, quam ea, ad quæ pervenire eos oportet: nominaque fortissimorum numerorum [35], in quibus iidem milites referuntur: nec non quantitatem annonarum; & ante omnia causam,

1 Primicerium Græci definiunt, *τὸν πρῶτον τῆς τάξεως*, vid. *ff. de primicerio & secundicer.* 2 *l. 1. ff. De sacris advoc. l. 4. ff. de agentibus in reb. l. 1. ff. de exact. tribut.* Olim centuriones dicebantur, 2. *Veget.* 13. Centena, ordo & dignitas promotionis. *l. 1. C. Theod. de Cohortalibus. l. 1. C. Theod. de murilegulis & Gyneciar. lib. 5. C. Th. de decur.* 3 Vid. *l. vers. Item viro.* 4 Hi tabularium munere fungebantur. vid. *ff. de numerariis, altior.* 5 Circitores vigilias circumibant, & si qua emeriset culpa, renunciabant. 3. *Veget. S.* 6 Biarchi officiales sunt, victui præfecti, quorum meminit Hieronymus ad *Pammachium*: hinc Biarchia, *l. 1. J. de off. magistri off.* 7 De quo 5. 3. *supr. hic.* 8 Ducenarii qui ducentis Scholaribus præsunt [*l. 3. J. de agentib. in rebus, l. 1. J. de lacris advoc. l. 1. J. de exact. trib. l. 9. C. Theod. de exact. tribut.* Cyprianus 1. *epist.* 4. Ducenarius potius quam Episcopus. Meminit hujus muneris Nicephorus *l. cap.* 33. Ducenarius est Vegetio, qui ducentos homines ducebat, 2. c. 8. Hinc ducenaria, *l. 1. J. de off. magist. off.* 9 Al. limitis. vide *l. 4. J. de offic. militar. jud.* S. L. 10 Id est, anno Christi 534. 11 De sacro latercolo alibi dicam.

12 *L. 1. ff.* 12. *περὶ ἐπάρχου πόλεως καὶ τάξεως, καὶ προσομιλῶν αὐτῷ*. *Synops. Basil. 6. tit. 4.* Hic magistratus (Præfectus urbi scilicet) institutus ab Augusto, testibus Suetonio & Aurelio Victore. 13 Id est, ad munus præfecti annonæ, *J. h. t.* 14 Adde *l. 1. §. 11. ff. h. t.* 15 Eadem annonæi potestas, *l. 22. C. Theod. de pistoribus.* 16 Vide ad hæc late Grammaticum *decis. 30. a num.* 2. ubi examinat, utrum jurisdictio competens inferiori dicatur competere privative ad superiorem, an cumulative. *Mod.* 17 Hinc colligunt, Certis casibus citationem extra territorium permitti. vid. quæ not. ad *l. 33. §. 1. supr. de Episcop. & Cleric.* 18 Hanc vocem Cujac. *hic*, & 8. *obs.* 28. refert ad factiones agitatorum quatuor, quæ in urbe erant: Venetam, Prasinam, Albatam, Russatam, quas Græci *δήμους* vocant. *Nov.* 13. & 17. *ff tit. 5. Epigramm.* hinc factionarii, *l. 1. C. Theod. de equis cur.* adde quæ not. ad *l.* 28. *§. 3. ff. de pœnis.* 19 Etiam Constantinopolitanæ, *c. Synops. Basil. 4. c. 11.* adde *l. 6. Harm. 1. §. 7.* 20 *Nov.* 27. *c. 2. in fin. Nov.* 62. *§. 2.* Calliodorus *in formula præfecturæ urbanæ*, Confidens supra omnes consulares sententiam primus dicit. 21 *Tantum ex omnium parte derivans.* 22 Ea de causa Capitolin. *in Pertinace* dicit, *C. Th. ad L. Jul. rep.* Comiti & Castrensi, *l. 12. C. Theod. de Palat. sacr. larg.* 24 Corporati a corporibus. Corpora *σωματα*, *c. Synopf. Basil. c.* 12. 25 Πολῖται dicuntur apud autorem Synopseos, *l. 1. cap.* 12. 26 Id est, primus, prior, antiquus adjutor. 27 Non intelligit legem 7. *J. de adv. diversf. judicum* quæ scripta est de advocatis Præfecturæ prætorianæ non urbicariæ, sed aliam quandam. vid. Cujac. 13. *obs. l.* 28 Curam epistolarum, Cujac. *ibid.* nam hæc cura numeratur inter officia præfecti urbi, & dicitur a Calliodoro, Cura canonicarum epistolarum, *lib.* 12. 29 Alii legunt *materiale*. De matricula alias dixi.

30 Primus Constantinus (auctore Zosimo) disciplinam militarem transtulit in magistros militum a Præfectis Prætorio. 31 Vid. *l. 3. J. de off. milit. jud. Edict. Justiniani* 4. *milit.* 32 Vid. *l.* 72. *ff. de furtis.* 33 *l. 1. J. de re milit.* 34 *l. 15. J. de re milit.* 35 *Virorum.* Quidam ita legunt: non recte nec litares. Numerus est catalogus militum seu breviculum, quo nomina militum continentur, *l. 4. l. 28. §. 1. l. 42. ff. l. 16. C. de legat. milit.* Numeri fortissimi, *Vexillationis.*

ob quam iidem milites transferendi sunt: ut post talem suggestionem, a nostra auctoritate competentia procedant.

De Armenia & Ponto Polemoniaco, & gentibus.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Zetæ Viro Illustri, Magistro militum per Armeniam, & Pontum Polemoniacum, & [cæteras] gentes.

CUm propitia divinitate Romanum nobis sit delatum imperium: sollicita cura, cauta diligentia pertractantes perspeximus oportere etiam partibus Armeniæ [1], & Ponto Polemoniaco [2] & gentibus prorium Magistrum militum per hanc legem constituere: tuamque magnitudinem, quæ nobis ex ante gestis optime commendata est, idoneam ad talem fore dignitatem confidentes elegimus: certasque Provincias, id est, magnam Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes Anzitenam [3] videlicet, Ingilenam, [Astyanenam [4], Sophenam [5], Sophonenam [6], in qua est Martyropolis [7], Belabitenam [8], & primam [9] & secundam [10] Armeniam, & Pontum Polemoniacum tuæ curæ cum suis Ducibus commisimus, comite Armeniæ penitus sublato: cunctosque subdimus numeros, non modo quos in præsenti novos constituimus, sed etiam de præsentalibus [11], & Orientalibus, & aliis agminibus segregatos, non tamen eorum quantitatem agminum minuentes: sed quia plures eis addidimus sine Reipublicæ gravamine; & sine augmento sumptuum, aliquantos subtraximus: ita tamen, ut post hanc subtractionem ampliores remanserint, quam usque ad nostra felicia fuerant tempora.

TIT. XXX.
DE OFFICIO QUÆSTORIS [12].

De minoris latercluli cura.

1. Imp. THEODOS. A. Saluftio Quæstori.

TOtius minoris [13] latercluli [14] curam scias ad tuæ Sublimitatis sollicitudinem pertinere: ita ut tuo arbitratu, & [15] scrinio memoriæ totius minoris latercluli dignitates, hoc [16] est, Præfecturæ, omnes Tribunatus, & Præposituræ castrorum, juxta consuetudinem prisçam Clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Dat. 6. Kal. Maji, *Const.* CASTINO & VICTORE CONSS. 424.

2. Idem A. Helioni Comiti & Magistro officiorum.

OMnes minoris latercluli dignitates; quæ sub cura quidem ac sollicitudine viri illustris Quæstoris esse antea videbantur, postea [17] vero, vel universæ, vel mediæ ad Magistrorum militum potestatem, dispositionemque transierant; placuit nunc Clementiæ meæ, vetusti temporis more revocato, ad prisca deinceps jura revocare. Dat. 3. Kal. Maji suprascriptis CONSS. 424.

De officiis & conditionibus non usurpandis.

3. Imp. ANASTASIUS A. Eusebio Magistro officiorum.

OFficia & conditiones, quæ pertinent ad viros devotos in sacro scrinio memoriæ militantes, nemini liceat sub quacunque occasione sine ulla divinæ subscriptionis liberalitate peragere: eo, quicunque in hoc fuerit postea facinore convictus, publicatione bonorum suorum multando: Officio quoque rectoris Provinciæ, in qua non allegato super gerenda sollicitudine sacro rescripto aliquis ausus fuerit eandem curam sibimet usurpare, trium librarum auri dispendio feriendo. Dat. Kal. Mart. *Const.* ANASTASIO A. & RUFINO CONSS. 492.

TIT. XXXI.
DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORUM [18].

De privilegiis servandis. De creationibus.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Agentes in rebus.

PRivilegiis dudum scholæ vestræ indultis, [&] integris reservatis, ad ducenariam [19], centenariam [20], & biarchiam [21] nemo suffragio, sed labore unusquisque perveniat: Principatum vero adipiscatur matricula [22] decurrente: ita ut ad curas agendas, & cursum illi exeant, quos ordo militiæ vocat [23], & ejus laborum adjutor. Præterea in [24] quo totius scholæ status, & magistri securitas constituta est, idoneus [25] probitate morum ac bonis artibus prædituş, nostris per Magistrum obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio. PP. *Romæ* in foro Trajani.

De ordine militiæ servando.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Patricium Magistrum officiorum.

NEmo agentium in rebus ordinem [26] militiæ, atque stipendia prævertat, etiamsi nostri nominis per obreptionem detulerit indultum; ac si quis formam admissi istiusmodi docebitur obtulisse: in locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur: ut is gradu cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. PP. *Hadrumeti.*

De senatoribus & ducenariis.

3. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Pleitio [27] Comiti, & Magistro officiorum.

SCholarium nostrorum devotio probata a nostris parentibus, circa maximæ serenitatis nostræ affectionem enituit: Unde quidquid ad fovenda fervandaque eorum privilegia postulatur, statim credidimus admittendum. Ideoque suggestionem tui culminis approbantes, viris spectabilibus Comitibus scholarum verberandi, degradandive [28] Senatores & Ducenarios licentiam denegamus: Ea namque, quæ tali commotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam.

De militum numero, castrorumque & clausurarum cura.

4. Iidem AA. Nomo [29] Magistro officiorum.

CUræ tui [perpetui] culminis credimus injungendum: ut super omni limite sub tua jurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumque ac clausurarum [30] cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret. Dat. 2. Id. Sept. *Constant.* MAXIMO II. & PATERIO CONSS. 443.

De creandis, 1. Vel subrogandis scholariibus. 2. De quadrimenstruis brevibus conscribendis.

5. Impp. JUSTIN. & JUSTINIAN. AA. Tatiano Magistro officiorum.

JUbemus eum ad militiam devotissimorum scholarium de cætero pervenire, qui nostrum meruit judicium: nec licere pro tempore tui culminis administrationem habenti, sine hujusmodi probatoria [31] aliquem inter eosdem viros devotos scholares [32] suis referre præceptionibus: sed sciat is, qui sine sacro rescripto ad eandem pervenire militiam ausus fuerit, non solum ea se privari, verum etiam pœnæ viginti librarum auri subjici. §. 1. Illud etiam observari de cætero volumus: ut si quis locus statusve Scholarium in quacunque schola vacaverit, ille subrogetur, quem nostra pietas per sacrum rescriptum vacantem subire locum præceperit. §. 2. Ad hæc quadrimenstruos [33] breves eorundem Scholarium curæ tuæ Sublimitatis, & pro tempore viri excellentissimi Magistri officiorum conscribi volumus, & eos sacro scrinio latercluli præsitari, ibi deponendos: ut semper notitia eorundem Scholarium certa sit, neque publico damnum aliquod infligatur. Dat. 10. Kal. Maji, *Constantinop.* MAVORTIO V. C. COS. 523.

TIT. XXXII.
DE OFFICIO COMITIS [34] SACRARUM LARGITIONUM [35].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio [36] Comiti.

PAlatinis hæc cura debet esse præcipua, ut, periculo proprio Notariis destinatis, super negligentia Judicum (si ita res exegerit) conquerantur, ne eorum sit impunita desidia. §. 1. Judices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis, quam utilitatibus publicis studere providerint: Breves etiam quadrimenstruos [37] ad officium palatinum noverint dirigendos: aurumque exactum ad sacras [38] largitiones

1 Vid. *Novell.* 31. de descriptione quatuor præsidum Armeniæ. 2 De quo vide *Novell.* 28. 3 Anzethenam, *Nov.* 31. *c. 1. §. 3.* 4 Astenaenam, *dict. cap. 1. §. 3.* 5 Ophenam, *dict. cap. 1. §. 3.* 6 Σοφανηνὴ, *Armian.* 7 *dict. cap. 1.* 8 Balabithenam, *dict. cap. 1.* 9 Armeniæ primæ, quæ & minor Leucosyria Græcis, Hebræis Ararat: hodie Anadnole, si credimus Gyrave: Pegian, si fides adhibenda Gastaldo. 10 Armenia secunda, quæ & major, Hebræis Aram, teste Aria Montano, hodie Turcomania dicitur Mercatori & Gyrave: Thevetus scribit a Meliopotamis, & Perfis Thoura Aremnoe, id est, montes Armeniæ: & a Nestorianis Zelbridibes, id est, montes a lupis habitatos appellari. Verum mihi fuerant, *ex ejus, quarter ou ferveie*: hoc est, Comitatui Principis juncti. *l. ult. §. 1. 7. 8. J. de re milit. l. 4. J. de apparitoribus magist. milit.* Sic præsentales domestici, *l. 6. §. 3. J. de advoc. diversf. judicum. l. ult. J. de domest. & protectoribus.* Id est obsequio Principis diuturno deputati, *l. 13. J. de re milit.* Sic præsentales milites, præsentales numeri, *l. ult. in fin. J. de re milit.* & præsentes ordines apud Nicephor. 17. *Histor.* 1. & præsentalis curiosus cursus publici, in Notitia Imperii Romani: & *ἐφεστηκὸς τῶν παραστατικῶν*, in *Edict.* 13. *Justiniani.* vid. *Brissonium.* 12 *l. lib.* 12. *tit. 6. l. D. J.* 13. *Nov.* 80. 6. *Edog.* 6. adde *Nov.* 41. 13 Latercluli minori continebatur notitia minorum dignitatum: in majori majorum. Illi quæstor: huic primicerius notariorum & tribunorum præerat. Per quæstorem igitur Principes largiebantur minores dignitates. Per eundem etiam interdum principes pecunias suas largiebatur & majores dignitates. Calliodorus *in formulis.* Quemadmodum & Quæstori non hoc tantum munus fuit: per eum etiam in Senatu orationes, epistolæ & libelli Principis recitabantur, & quia sæpe ex plebe (aliorum litteratorum penuria) assumebatur, honor & titulus Quæstoris ei deferebatur, ut ingredi senatum posset: lapsu temporis consilio Principum quæstores adhuerunt, & ad preces responderunt, leges dictarunt: unde a Symmacho quæstor dictitur precum arbiter, & legum conditor: & a Calliodoro 12. Principis imago, vox & cultos legum: & in Novell. Valent. *de homicid. casu fortuito.* Jultitiæ & legum custos, thesaurus famæ publicæ, armarium legum. Idem postea *μέγας λογοθέτης*: novissime Cancellarius, Nicetas 7. *Annal.* Quæstor ipse a Calliodoro 13. Galli, *le petit roule.* vid. Cujac. *hic.* 15 Exque scrinio. 16 Nota dignitates ad curam militarem pertinentes. 17 Munus latercolorum aliquando commissum fuit *nris.* Armian. 20. Ambros. 7. *epist.* 53. Nicephorus 10. & *aliis infinitis locis*: adlicorum fcilicet *τῶν τῆ αὐλῆ τάξεων*. Suidas in Theodosio: *ἡγούμενος τῶν βασιλικῶν*, *Theodor.* id est, minister um Principis, quorum moribus præerat: ministri Principis, ministeriani, cubicularii, silentiarii, decani: & breviter, disciplina morum ad eum in Palatio pertinebat. Senatores etiam in consistorium Principis inducebat, ende a Cassiodoro, donatarum auctoritatum, quasi alter lucifer appellatur. Curam præterea gerebat cursus publici. *l. 9. J. de cursu publico.* & fabricæ armorum, fabricensium limitaneorum militum, militum supernumerariorum. vid. Cujac. *hic*, & Petrum Fabrum 1. *Semestr.* 5. si ita est. in solas plurium Gallicorum magistratuum munus sustinuit. 19 Vid. *l. 1. J. de exact. tribut.* 20 Vid. *l. 2. §. 19. supr. de off. præt. prat. Afr.* 21 *dict. §. 19. vers. Item viro.* 22 Matercula, *Hal. l. ult. in fin. fupr. de off. præf. urb.* 23 *Aff.* vocat, & labor. Adjutor præterea &c. Cujac. *ad l. 5. J. de principalibus agentium in rebus: ut in l. 20. C. Theod. de agentibus in rebus.* qui militiæ laborę atque ordine decurfis, *l. 4. C. Theod. de curiosis.* quatenus labore atque ordine ad cursum dirigaminii. 24 Securitas scholæ in probis scholaribus consistit. 25 *l. 6. J. ad legem Jul. repetund. Nov. 8. c. 10. 8. vers. Quapropter. Nov.* 161. *c. 1. in princ.* Quis? adjutor. 26 Vid. *l. 7. J. de proxim. facr. scrin.* 27 Al. Phylegetis.

28 Regradandi, *Hal. l. 1. in pr. J. de privileg. scholæ.* 29 Nonio, Cujac. 3. *obs. pen.* 24. Quanquam in *Novella Theod.* 31. & 32. editum Numo. 30 Ex hoc verbo Cujac. 3. *obs.* 24. emendat legem 4. *J. de off. milit. jud. l. ult. J. de off. mag. mil.* clausuræ, clusuræ, clisuræ, *κλεισοῦραι, ὀχυρώματα τῶν διαστημάτων*, Suidas. Procopius 3. *de aedif. Just.* Anna Imperatoris Alexii, *lib.* 10. Calliodor. 2. *variar.* Vopiscus *in Bonoso.* Claufæ, clufæ, interpolitiones. Lutegrandus 1. *cap.* 2. 5. Ado, Sigebertus, *τὰ ἐπιπήγνυμενα τραπέζαις ταῖς ὀχθαις τῶν ποταμῶν. Herodian.* Burgi, castra, castella, *l. 2. §. 4. supr. de off. præfect. prat. Afr.* Vallum, Cassiodor. *in Chronico.* Præventure, *Ammian.* 14. his adhuc historiæ naves prohibendis barbarorum incursionibus idoneæ. *C. Theod. de luforiis Danubii.* vid. Petrum Pithœum 1. *Advers.* 14. 31 De prolatoria dicam ad *l. 9. J. de diversi. offic. & apparit.* 32 De scholaribus dicam *l. 9. J. de privil. Scholarum.* 33 De quibus vid. *l. 1. vers. Hoc etiam. J. de apochis public.* 34 Comes sacrarum largitionum olim præfectus ærario dicebatur. Sed vox Comitis omnibus postea magistratibus data, qui Principis comitatum observarent, & tandem ad omnes præpositos. 35 Comes sacrarum largitionum, Comes Thesaurorum Principis. Largitionum dicitur, quod ex thesauris quisque liberalitatem Principis expecter, quod ad exercendam liberalitatem destinati esse debeant. Huic Comiti parebant fiscales comites largitionum, diffusi per provincias, comites metallorum, rationales summarum, præpositi thesaurorum, procuratores monetarum, procuratores Gynecæorum, id est, textrinorum sacrorum, & similes. vid. Cujac. *hic.* ab eo præbebantur pondera auri, argenti, seris. *Novell.* 128. *c. cap.* 15. 36 *Limenius* hic idem poltea PP. Galliarum fuisse videtur: cujus meminit Rutilius *lib. 1. pag.* 208. I. G. Eidem inscribitur *l. 10. J. de off. Rector. prov.* 37 Vid. *l. 1. vers. Hoc etiam. J. de apochis publi.* 38 Vid. *l. 1. J. de cenone largitionalium.*

fine

sine ulla dilatione esse mittendum. Dat. 3. Kal. Maji, HONORIO VII. & THEODOS. II. AA. CONSS. 407.

TIT. XXXIII.

DE OFFICIO COMITIS [1] RERUM PRIVATARUM [2].

De actis ad officium rei privatæ transmittendis.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Honoratum Consularem Byzantii.

SI quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiscalis appareat, ad Officium rei privatæ tua Gravitas acta transmittat: ut instructione percepta, quid sibimet juris auxilio deleatur, agnoscat. Dat. 6. Kal. Jan. VALENTIN. & VALENTE AA. II. CONSS. 368.

De thesauro. 1. De cautione præstanda. 2. De rebus nunciatis ante sententiam ex scripto latam.

Lex hæc Græca a Cujacio primum edita ex lib. 60. Basil. & a Contio sub hoc titulo ita restituta.

NEque [3] Comes privati patrimonii, neque quivis alius eorum Magistratuum, qui vel in urbe Constantinopolitana, vel in provinciis sunt, eum qui super [4] thesauro aliquem defert, admittat.

§. 1. Sed si super alio fiscali jure nuntiationem quis faciat, sub fidejussione mox non minus quinque librarum [auri] id fiat.

§. 2. Et ne quod figillum, vel descriptio, vel alia ulla innovatio interveniat super rebus nuntiatis ante sententiam ex scripto latam.

TIT. XXXIV.

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PALATII] [5].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Minervio Comiti rerum privat.

AD Palatinorum curam, & Rationalium officia, omnium rerum nostrarum, & totius perpetuarii [6], hoc est, emphyteuticarii juris exactio revertatur. Dat. Kalendis Januarii, *Mediolani*, CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

2. Iidem AA. Ursatio Comiti rer. privat.

SI quis Judicum vir illustris, vel Præfectus Urbi cognitionem Comitivæ rerum privatarum examini debitam, sibimet vindicandam censuerit, vel tuitionem contra ejusdem statuta sedis præstiterit: ad quinquaginta librarum auri illationem pœnæ nomine officium ejus teneatur, quam decet in articulo [7] exigi, mansuetudinis nostræ erario fociandam. Dat. 6. Idib. Aug. *Ravennæ*, CONSTANTIO, & CONSTANTINO [8] CONSS. 414.

TIT. XXXV.

DE OFFICIO [9] PROCONSULIS [10], ET LEGATI [11].

1. Imp. CONSTANT. A. Ælio proconsuli Africæ.

LEgati non solum civiles, sed [12] etiam criminales causas audiant [13]: ita, ut, si sententiam in reos ferendam provideritis, ad Proconsules eos transmittere non morentur.

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII [14].]

1. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Simplicio Proconsuli Asiæ.

OFficium Hellesponti Consularis, æternæ recordationis patrem Serenitatis nostræ adiit: & expositis suis incommodis, quibus a Vicarianis [15] apparitoribus urgebatur, oravit sub tuæ Sublimitatis agere potestate, cujus allegationes humanæ proclivius pium Principem commoverunt: quod & nos obtinere censemus.

TIT. XXXVI.

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS [16].

1. Imp. LEO A. Usco [17] P. P.

TItulos qui Alytarchiæ, & [18] Syriarchiæ [19] muneribus in prima Syria deputati sunt, per officia tam viri spectabilis Comitis Orientis, quam viri clarissimi Rectoris provinciæ flagitari præcipimus: Alytarchiæ quidem ludi, cura viri spectabilis Comitis Orientis, & ejus officio: Syriarchiæ vero, sollicitudine viri clarissimi moderantis provinciam [20], ejusque apparitoris exerceantur: Nullique penitus curialium, nec si voluerint, idem munus vel honorem subeundi licentia permittatur.

TIT. XXXVII.

DE [21] OFFICIO PRÆFECTI [22] AUGUSTALIS [23].

De tributis.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Florentio Præfecto Augustali.

OMnia tributa per Ægyptiacam diœcesim [24] cura, & providentia Claritatis tuæ a moderatoribus provinciarum exigi jubemus. Si qui tamen ex possessoribus, sive militaribus, sive non militaribus, ad inferenda quæ debentur, audaces extiterint, eos per militare etiam auxilium (si opus exegerit) ad solutionem compelli sancimus [25].

De judicibus ordinariis.

2. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

PRæfectus [26] prætorio Augustali Ordinariorum sub se Judicum examinandi flagitia, & super his referendi [27], non amovendi, vel puniendi habeat potestatem.

TIT. XXXVIII.

DE OFFICIO VICARII [28].

Collatio vicariorum & comitum. De dignitate.

1. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIANUS, AAA. Antonio P. P.

IN [29] civilibus causis Vicarios [30] Comitibus militum convenit anteferri: in militaribus negotiis Comites Vicariis anteponi. Quotiens societas in judicando contigerit: priore loco Vicarius ponetur, Comes adjunctus accedat. Siquidem Præfecturæ meritum cæteris dignitatibus antistet: & Vicaria dignitas ipso nomine ejus se trahere judicet [31] portionem, & sacræ cognitionis habeat potestatem, & judicationis nostræ soleat repræsentare reverentiam.

De relationibus.

2. Iidem AAA. ad Hesperium P. P.

RElationes [32] Vicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram manuetudinem referantur: Relationes enim Judicum libenter audimus: ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta veluti profanorum preces a nostris adytis repellamus.

TIT. XXXIX.

DE [33] OFFICIO PRÆTORUM [34].

De jurisdictione.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Senatum.

PRætori [35] defertur hæc jurisdictio, fancientibus nobis, ut liberale negotium ipse disceptator examinet. Sane [36] interponi ab eo decreta [37] convenit; ut sive in integrum restitutio referenda est, probatis duntaxat causis, ab eodem [etiam] interponatur decretum: [seu] tutoris dandi, seu ordinandi curatoris, impleatur ab eo interpositio decretorum: quippe cum apud [38] eum [39] quoque adipisci debeat patronorum judicio sedula servitus libertatem. Nec fane debita filiorum votis patrum vota cessabunt, ut patenti [40] copia liberos suos exuant potestate, magis propriis obsequiis mancipatos: cum sese intelligant his obsequii plus debere, [a] quibus se meminerint sacris vinculis exutos. Dat. [41] 6. Kalend. Januar. EUSEBIO & HYPATIO CONSS. 359.

1 Comes rerum privatarum videtur successisse in locum procuratoris rei privatæ seu patrimonii, de quo dixi in *l. 39. in fin. ff. de legatis* 1. Porro fit mentio hujus Comitis in *l. ult.* §. 2. *vers. Si quis. ff. de adjud. l. ult. ff. de petit. honor. fodalitis, l.* 3. *ff. de bonis vocantibus. l.* 1. *ff. de advocatis diversi. judicum. l.* 64. *ff. de decurionibus. Novell.* 128. *cap.* 25. *Nov.* 117. *cap.* 13. *vers. Porro: circa med. Nov.* 123. *cap.* 43. *in fin. Novell.* 124. *cap.* 3. *vers. ipsum vero.*

2 Additur in editione Haloandri, Sacri palatii, facrique patrimonii. Sacri patrimonii fit mentio in *l.* 13. *in pr. ff. de vitiligatibus.* Res privatæ Principis, funtne separatæ *τὰ τῆς ἰδίας χρείας τῶ βασιλέως*, ut volunt interpretes Græci lib. 6. *Βασιλικῶν*? Suntne, quæ dicuntur *ἀδέσποτα*, id est, res vacantes, ut vult Strabo? Suntne res omnes, quando ita est, omnia censeri vel dici Principis, *l.* 3. *ff. de quadrienni præscr.* Rem ita, quidam explicant, Tres fuisse Principis *περιουσίας*, Proprias & privatas Principis, *ut hic*; quasi proprias, ut ficiales, (quibus præerat Comes, cujus facta est mentio titulo superiore: fiscales tamen pertinent ad hunc titulum, *l.* 1. *ff. h. t. Novell.* 60. *cap.* 2. §. 1. *circa fin.*) destinatas ad epulas aulicas: hinc Comes sacri patrimonii. Puto id adumbrari quodammodo posse: si discernimus Comitem, quo de hic agitur, a Gallis appellari, *le Tresorier & receveur du domaine*: eum de quo agitur titulo superiori, *Tresorier de l'Espargne*: eum vero cujus fit mentio, *ff. tit. præc. Tresorier de la maison du Roy.* 3 Lex restituta a Cujacio *lib.* 60. *Basilic.* extat apud autorem Synopseos Basil. 6. *tit.* 1. *cap. περὶ καταμηνύσεων &c.* 4 *l.* 7. *ff. de delatoribus.*

5 In editione Haloandri non distinguitur hic titulus a titulo superiori. Cujacius legit de Officio Comitis facri patrimonii. Ait tamen hunc titulum nullam habere legem Latinam, Græcam quidem habuisse, sed quæ desideretur. 6 *Al.* perpetuarii vel emphyteuticarii. Cujac. *ad l. 3. de locatione prad.* 7 Vid. quæ not. ad *l.* 127. *ff. de reg. jur.* 8 Et Constante.

9 *L.* 1. *D.* 16. 6. *Eclog.* 2. adde *Nov.* 30. 103. Post illustres, de quibus superius egit, ad spectabiles descendit. 10 Proconsules mittebantur in provincias cum imperio consulari. *Salic.* 7. Proconsul, quantum ad nomen, proconsul: quantum ad potestatem consul. 11 Legatus proconsulis habetur propriam jurisdictionem? Cujacius ait, 7. *obs.* 21. 12 Idque ordinatione Augusti, *Suetonius, Strabo.* 13 Imo audire non possunt, *l.* 2. *in fin. ff. h. t. l.* 1. §. 4. *ff. de suspectis tutoribus.* 14 Hic titulus deest in editione Haloandri: inprobatur etiam a Cujacio. 15 Vicariorum a Vicario. Vicarii provinciarum, vices præfectorum prætorio in diœcesibus gerebant. In Oriente tres erant, Asianæ, Pontice (de quo hic) & Thraciæ: Potuerunt esse & alii in Occidente, variis temporibus, ut Romæ, Africæ, & Hispaniarum: qua de re alibi dicam in edicto de Vicario Pontice. adde *l.* 1. *&* 2. *ff. de off. vicarii, l. ult. verf. Et ejt notis. J. de diverf. off. & apparitor.*

16 Sub Orientis Comite erant quindecim provinciæ, Palæstinæ tres, Syriæ duæ, (Opitat. tres facit) Ciliciæ duæ, Phœniciæ duæ, Cyprus, Euphratensis, Osroena, Mesopotamia, Mauria, Arabia, *Novell.* 8. 17 Urso, *Hal.* Puteo, Cujac. 2. *obs.* 23. *al.* Uso. 18 Liminarchiæ, Cotta *in memorabilium in voce Liminarcha.* Lyciarchiæ. *Hal.* & male, Quia Lycia (ut ex Notitia conftat) non Orientis fed Afianæ erat diœcefeos. Neque interim dicas non fuiffe Lyciarchem: quum vel ex Strabone lib. 14. conftet a Lyciæ civitatibus eligi foltitum: quo loco perperam Xylander vertit *Lyciæ Principem.* Porro Alytarcha fuit facerdos Antiochiæ in Syria: ita dictus, quod in ludis, (qui in honorem deorum fiebant, *J. h. t.*) *τοῖς ἀλυτάρχαις*, id eft, Maftigophoris præeffet. vid. Cujac. 2. *obf.* 13. Alytarchæ fit mentio, *l. ult. J. de cupreffis. l.* 12. *C. Theod. de jure fifci. l. ult. C. Theod. de expenf. fud.* 19 *l.* 1. *J. de naturalibus. l.* 6. §. 14. *ff. de excufat. tut.* 20 Syriæ falutaris fcil. Alytarchia ad Syriæ primæ, feu Antiochiæ præfidem, cujus metropolis Antiochia, Theopolis poftea vocata a Juftiniano, *Novell.* 7. *cap.* 8. *verf. Simili.* 109. *in pr. verf. Hæreticos.* 124. Syriarcha veto ad Salutaris Syriæ præfidem, vid. Cujac. 8. *obferv.* 21. adde *eundem ad Novell.* 8. *& lib.* 2. *obf.* 13. *& al. l. ff. de exauf.*

21 *L.* 1. *D.* 17. 22 Ne dicas poteftatis. Trebellius enim Pollio refert, Fuiffe confulares Alexandrum (fuit ea fedes præfecti Augufalis) ingreffi non licuiffe. 23 Id eft, ab Auguſto primum conftituti in Ægypto, provincia facra, *l. 1. J. de poſſeſſ. landa. l.* 35. §. 3. *ff. ex quibus cauſſis major.* Tacit. 12. Dion. 52. Arrian. 3. *de expedit. Alex.* Ægypti annos etiam numerabant ex fuo Auguſtali, ut ex Chronicis Alexandrinis Cujacius probat *hoc tit.* 24 Sub cura Augufalis præfecti fuerunt fex Provinciæ: Libyæ duæ, Thebais, Ægyptus, Arcadia, Auguſtannia. 25 Vid. *l.* 6. *in fin. J. de exact. trib.* 26 Præfectus Auguſtalis ordinariorum &c. vid. Cujac. 8. *obſ.* 21. 27 Snidas tamen de hoc prætore tradit, habuiſſe eum *τὸν τῶ βασιλέως τάξιν*: Tacitus regis loco fuiſſe: adde Ammian. 22. *& l.* 59. *de decurionibus.*

28 Vicarius pro Præfecto Prætorio mittebatur in tractum, vel diœceſim aliquam aliquot in ſe Provincias continentem. Diœceſis Thraciæ ſex. Pontica undecim vel duodecim. Aſiana undecim (teſte Theodoreto quinque, ſed tamen Notitia imperii octo tantum adſcribit.) Fuit etiam Macedoniæ, Romæ, Italiæ (ſub eo erant decem Provinciæ) Aſiæ, Britanniæ (ſingulis fuberant quinque Provinciæ) Galliæ, Hiſpaniarum (ſingulis fuberant ſeptem Provinciæ.) Reliqua vide apud Cujacium *hoc tit.* Hîs adde quæ ſcripſi ad *l. unic. ſupr. de off. Com. ſacr. patrim.* Goth. Vide Alciat. *paradox. lib.* 2. *cap.* 12. Ant. Adde Conrad. *Miſcellan. lib.* 3. *c.* 19. S. L. 29 Vicarii & Comitis militum notio quæ.

30 Hos *τοποτηρητὰς* Græci appellant *Synopſ. Baſilic.* 2. *c. tit.* 18. 31 Judicat. *Hal.* 32 Vice ſacra vicarii judices dicuntur, *ut hic*: & tamen ab his appellatur, non appellatur autem a Præfectis Prætorio. vid. Cujac. 16. *obſ.* 2. ubi probat ab his, qui vice ſacra judicant, appellari poſſe.

33 Adde *tit. C. Th. de Pretorib. lib.* 6. *tit.* 4. 34 *lib.* 12. *tit.* 2. *J. L.* 1. *ff.* 14. Cujac. legit, *Prætoris.* adde *Nov.* 13. 25. 26. 29. 102. Cujac. putat hic juniores duci magiſtratuum clariſſimorum. 35 *L.* 16. *C. Theod. de vindicta libertat.* 36 *l.* 1. *J. de vindicta libertat.* 37 Obſerva cauſas, de quibus olim prætor cognoſcebat. 38 Decretorum interpoſitio proprie pertinet ad Conſtantinianum prætorem; de qua vide quæ dicam J. adde Cujac. 7. *obſ.* 24. 39 *Ulpian. l.* 9. 7. 40 Patentis. 41 *L. C. Theod.*

De

De creatione. De sumptibus.

2. Impp. VALENT. & MART. AA. Tatiano P. P.

TRes [1] tantummodo Prætores electæ opinionis in hac urbe [2] per singulos annos judicio Senatus [3] præcipimus ordinari: qui competentes causas, & debitos actus integre discepture atque tractare debebunt: ut hi tantum tres ex his, qui proprium larem in [4] hac alma urbe habeant, non ex provinciis eligantur. Nec si quis forte propter alias causas ad hanc urbem de provinciis venerit, ad Prætoræ munus efferatur, sed hi tantummodo (ut dictum est) qui hic domicilium fovent: ita tamen, ut nec ipsi sumptus [5] quosdam inferre cogantur inviti [6], sed habeant spontaneum liberalitatis arbitrium. Dat. 15. Kal. Jan. *Constant.* VALENTINIANO VII. & AVIENO CONSS. 450.

TIT. XL.

DE [7] OFFICIO RECTORIS PROVINCIÆ.

De causa falsi, & de proprietate.

1. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

POnest de falso [8] causam cognoscens Præses provinciæ, incidentem [9] proprietatis quæstionem dirimere. Dat. 6. Kal. April. MAXIMO II. & URBANO CONSS. 225.

De potentiorum insolentia.

2. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maximianum Præsid. provinc. [10].

PRæsides provinciarum oportet, si quis potentiorum exiterit insolentior, & ipsi vindicare non [11] possunt, aut examinare, aut pronunciare nequeunt; de ejus nomine ad nos, aut certe ad Prætorianæ Præfecturæ scientiam referre: quo provideatur, qualiter publicæ disciplinæ, & lasis tenuioribus consulatur. Dat. 5. Kal. Maji, PROBIANO & JULIANO CONSS. 322.

De acclamationibus, & accusationibus judicum.

3. Idem A. ad provinciales.

JUstissimos & vigilantissimos Judices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus [12]: & e contrario injustos, & maleficos querelarum vocibus accusandi, ut censuræ nostræ vigor eos absumat. Nam si veræ voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusæ, diligenter investigabimus: Præfectis prætorio, & Comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. Dat. Kalend. Novemb. *Constantinop.* BASSO & ABLAVIO CONSS. 331.

De officialibus præfectorum.

4. Idem A. ad Periclem Præsidem.

IN officiales Præfectorum cursum [13] publicum laniantes, vel prava contra utilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus potestatem: ita ut Præfectos de eorum culpa facias certiores. Dat. 10. Kal. Novemb. *Nicopoli*, CONSTANTIO & ALBINO CONSS. 335.

De majoribus & minoribus judicibus.

5. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Apronianum Præf. urbi.

POtioris gradus judicibus ab inferioribus competens reverentia [14] tribuatur. Sed ubi publica tractatur utilitas, etsi [15] minor Judex veritatem investigaverit, nulla majori irrogatur injuria. Sane qui insignia dignitatis ad hoc exercet, ut indignis injuriis existimet adficiendos eos, qui officia cum potestate moderantur, non declinabit nostræ indignationis aculeos. Dat. 5. Kal. Jun. ARINTHEO & MODESTO CONSS. 372.

De lyentatione.

6. Imppp. VALENT. GRAT. & THEOD. AAA. Cynegio P. P.

CIvitas Phodiorum [16] injuriam suam non tam decenter, quam fero conquesta est: Unde inviolabili observatione fancimus, ut quoniam tempore hyemis [17] navigatio sæpe periculosa est, [&] semper incerta: in illis quinque [18] urbibus, quæ [19] potiores esse cæteris asseruntur, vicissim hyemandum sibi Judices recognoscant. Quod si cuiquam tale exisset ingenium, ut præcepta nostra contemnat, quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab ejus Officio, si aliter factum fuerit, fisci nostri jubeas inferantur.

De eo, qui ex venturæ delegationis titulis profligavit.

7. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P.

QUi ordinariam [20] gesserit dignitatem, quicquid ex venturæ delegationis titulis profligaverit: cum dispendio pudoris atque fortunæ de propriis facultatibus intra provinciam positus inferre debebit. Dat. 7. Kalend. Jun. *Constantinopoli*, HONORIO nobiliss. puero & EVODIO CONSS. 386.

De intercessore sive executore tribuendo, vel non.

8. Iidem AAA. Cynegio P. P.

NE quis Judicum in provincia sua Præfectianum [21], vel Palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus, qui antea in hujusmodi officiis fuerint commorati, intercessorem [22], id est, executorem cujusquam litigatoris petitione in quolibet seu privato, seu publico negotio putet esse tribuendum: Nam peccantem contra consulta cœlestia cum officio suo non solum detrimentum famæ, sed etiam patrimoniorum damna comitentur. Dat. Non. Aug. *Constant.* HONORIO N. P. & EVODIO COSS. 386.

De Augustiss. urbe injussu Principis non adeunda.

9. Iidem AAA. Polemio P. P. Illyrici.

NUllus provinciæ moderator augustissimam Urbem [23] sine jussione nostra adire audeat. Nam si patuerit quem contra decreti nostri præcepta venisse, is congrua condemnatione plectetur. Dat. 10. Kal. Jan. *Mediolani*, post Consulatum TIMASII & PROMOTI I. 390.

Ut non palatini, sed judices exigant a provincialibus.

10. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio Comiti sacrarum largitionum.

NUllum palatinis tibi obsecundantibus cum provincialibus volumus esse commercium: sed judices scire debent, hoc sibi præcipue esse commissum, ut ipsi a provincialibus exigant, & consueta deposcant: palatinum vero possessor non horreat, qui [24] non sibi, sed judicibus atque officiis præceptus est imminere. Dat. 6. Kal. April. *

De potentum procuratoribus.

11. Imppp. [ARCAD.] HONOR. & THEOD. AAA. Theodoro P. P.

MOderatores [25] provinciarum curam gerere jubemus, ne quid potentum [26] procuratores perperam injusteque committant. Dat. 6. Kal. Decemb. *Ravennæ*, BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

De apparitoribus.

12. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P. P.

OMnes provinciarum apparitores pro inveterata auctoritate juxta motum [27] judicis nudatos, verberibus (si ita res tulerit) subjacere præcipimus: ut & facilis executio rerum publicarum sit, & Officiorum insolentia comprimatur, & Judicum severitati competens reddatur auctoritas. Dat. 6. Kalend. Januar. HONOR. IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

De cohortalibus.

13. Imp. LEO A. Constantino P. P.

SI quis cohortalibus [28] adhuc obsequiis obligatus, regimen provinciæ, vel cingulum cujuslibet militiæ dignitatisve quoquo modo meruerit: contra licitum usurpatis impetrativse careat: etiam si ultroneæ a nostra liberalitate jus regendæ provinciæ, vel militiæ, seu dignitatis cujuspiam sibi jactaverit delatum fuisse. Dat. 7. Idib. August. LEONE A. IV. & PROBIANO CONSS. 471.

Ubi rectores provinciarum habitare debent.

14. Idem A. eidem P. P.

NUlli judicum qui provincias regunt, in civitatibus, in quibus sacra palatia, aut prætoria [29] fuisse liceat his relictis privatorum [30] sibi domos ad habitandum veluti prætoria vindicare: sed sacratissima modis omnibus inhabitare palatia, seu prætoria [cogantur] ut hac necessitate compellantur eorum reparationi providere. Ubi autem & palatium est, & prætorium: palatium quidem habitationi præsidis, prætorium vel fuscipiendis [31] conservandisque speciebus publicis horreorum vice, vel alii necessariæ rei deputetur. Quod si quis aliquando dissimulare tentaverit: protinus eum atque officium ejus quinquaginta librarum auri multam ad reparandum sacrum, quod neglexerit, Palatium solvere fancimus. Dat. 6. Idib. Febr. CLEMENTINO & PROBO COSS.

TIT. XLI.

UT NULLI [32] PATRIÆ SUÆ ADMINISTRATIO [33] SINE [34] SPECIALI PERMISSU PRINCIPIS PERMITTATUR [35].

1 *L. tres tantummodo, l.* 3. *ff. de epiſc. aud.* pars legis 1. *J. de prætor.* Flavialis, Conſtantinianus. *l. ult. J. de præd. min.* triumphalis, *l.* 5. *l.* 13. *l.* 25. *C. Th. de Prætor. l.* 6. interdum habitut quatuor, interdum quinque, interdum octo, Conſtantinianum, Conſtantianum, Theodoſium, Arcadium, Triumphalem, Auguſtalem, Romanum, Laureatum. *l.* 25. *C. Th. h. t.* In antiqua Roma primis temporibus fuerunt octodecim, *l.* 2. §. 32. *ff. de orig. jurie.* adde quæ ſcripſi ad *Tiraqu.* §. 29. *Inſt. de leg.* 2 Conſtantinopolitana ſcil. 3 Olim prætoris deſignatio, & nominatio Senatoribus erat conceſſa, *l.* 13. 26. 27. *C. Th. h. t.* ſed hanc legem abrogavit Leo, *Novell.* 47. 4 Extranei ad dignitates non ſunt promovendi. vide tamen quæ dicam *J. ut nulli patriæ ſuæ.* 5 *l.* 2. *J. de prætorib.* Olim prætores cogebantur ad certos limptus faciendos, vel in urbis fabricas, vel in populi voluptatem. *l.* 5. §. 10. *ff. commodati.* Plutarchus *in Brute* adde Lipſium *lib. de glad. cap.* 9. Lamprid. *in Alex. Severo*, Quæſtores candidatos ex ſua pecunia juſſit munera populo dare. Vid. Lipſium *d. l. fol.* 35.

7 *Lib.* 1. *C. Th. 6. l.* 1. *D* 18. adde *Novell.* 24. 25. 29. 102. 111. Rectores unius provinciæ erant, vel præſides, vel correctores, vel conſulares, erant ſub cura eorum, quibus plures provinciæ demandabantur, ut Proconſulis, Comitis Orientis, Præfecti Auguſtalis. Ordinarii & publici judices etiam appellantur, & a Græcis *ἡγεμόνες*. *Novell.* 20. 6. 3. & 112. *cap.* 3. *in pr. verſ. judicemus.* & fratres interdum ab imperatoribus in ſubſcriptionibus conſtitutionum ad eos directarum. vid. Cujac. *hic.* 8 Pura inſtrumenta. 9 *l.* 1. *J. de ordine jud.* 1. 26. 1. *ad Leg. Jul. de adult. aliter* reponendum. 10 Malim *Præf. Prat.* 11 Præſidis provinciæ vires interdum fediſſe non ſunt pares, exemplum vide apud Ammian. *l.* 6 Brachium, ut ita loquamur, Præfecti Prætorio præfes: Præfectus Prætorio Principis invocat, adde *l. qui reſtituere.* 68. *ff. de rei vindic.* 12 Producuntibus rectoribus provinciarum incipit acclamare. 13 Vid. *J. de curſu publico.* 14 Vide *l.* 2. §. 3. *J. de off. diverſi judic.* 15 Magiſtribus judicibus officio ſuo non ſungentibus minores partibus eorum poſſunt ſe immiſcere. 16 Rhodiorum, *Hal.* Is error natus eſt ex Graca littera P. accepta pro Latina R. ut in illo Luciſii verſu apud Terentianum Maurum, Apes apes Graci ut ſcribunt: Marti his ſi *vergo* 12. loquens de Græcis, *& quos ἀρχὰς ἄρχειν decet ſonare.* Vide Cujac. 16. *obſ.* 6. Simili errore, *Arione* pro *Apione* legitur *in Novell.* 78. *in fin.* 17 De menſe Januario ita præcepit Aratus, *ἀμ πεῖρ ἐν μηνὶ πεφικλῆσθαι θαλάσσης Πλειάδιον πελάγει πεκεφασμένον.* & Cicero, *Hoc cave te Ponto ſtudeas committere menſe.* Et Feſtus Avienus,

CODEX.

Non tum mihi longa phaſelis Æquora tententur, non tum freta turbida ponti, Quis petat.

18 Cujacius *dicto loco* hoc refert ad quinque metropoles quinque provinciarum, quibus præerat Quæſtor exercitus: ut lit ſenſus, Quæſtores exercitus uno anno hybernare in Rhodo, ibique audire cauſas appellationum: alio in Cypro, & ſic deinceps in aliis; quod tamen aliter definitur *Novella* 41. adde *Nov.* 50. 19 *l.* 1. *J. ad omnes judices, tam civiles*, id eſt, quæ tunt metropoles: Potiores enim urbium cum dicit, metropoles oſtendit. *l.* 4. §. 9. *ff. de donno infeft.* 20 Puta Præſidis, conſularis, correctoris, *Prætoris*: adde *l. unic. C. Theod.* Ne præfectianus exactoris, vel curioſi vel horreorum cuſtodis fungatur officio, *l.* 12. *tit.* 10 22 Milles interceſſoris, id eſt, executoris munere fungi non poteſt, *l.* 5. *J. de jurisdictione. omn.* de interceſſore dixi ad *l.* 7. *J. quæ res pign.* 23 *Synopſ. Baſil. tit.* 6. *cap.* 80. Conſtantinopolim. 24 Palatinus, domeſticus Principis, Conan. 4. *c.* 15. *num.* 4. & male. 25 Pertinet enim ad Comitem ſacrarum largitionum *J. ut hic.* Eius partes erant urgere, inſtare, monere, ne quid adverſus chartularios attentaretur. Cujac. *ad l.* 2. 3. *J. de canon. largition. tribut.* 26 Potentium. *C Theod.* 1. *l. ult.* 27 Id eſt, indignationem. *ut l.* 14. *infr. de fiſcin. l.* 20. *ff. commodi dicendo*: vide Cujac. 13. *obſ.* 29. 28 *l.* 12. *l.* 13. 14. *J. de cohortalibus princip.* 29 Prætoris non ſunt ville, ut putat Rhenanus apud Tertullianum *lib. ad Scapulam*, ſed domus magnificæ Præſidum, Judicumque cauſa in urbibus extructæ. *l.* 33. *in pr. ſupr. de epiſcop. l.* 4. *J. de op. publ. l.* 3. *J. de metat & epidemet. l. ult. Cod. Theodoſian. de off. anon ſud. Novell* 24. *in princ.* Vopiſcus *in Aureliano*, Forum nominis ſui in Oſtienſi ad mare fundare cœpit, in quo poſtea prætorium publicum conſtituunt. *Prætorium* etiam veteres appellarunt partem ville latius ædificatam, & patrifamilias habitationi relictam, *l.* 12. *ff. de uſu. l.* 2. *ff. de ſervit. ruſt.* Vide *l.* 198. *ff. de verb. ſignif.* 30 *l.* 3. *J. de metat. & epidemet.* 31 Vide *J. de donatis in publ. barr.*

32 Si quis provincialis a Principe petierit adminiſtrationis officium in ſua provincia, ſacrilegii tenetur: niſi ultro Princeps eum magiſtratum fecerit. *Synopſ. Baſil.* 2. *περὶ ἀυτονόων &c.* adde *l.* 14. §. *tit. prox. l. ult. J. de crimine ſacrileg. & ibi not.* 33 Etiam fiſcalis & adſeſſoria. *l.* 10. *J. de adſeſſorib. & domeſt. l.* 1. *C. Th. h. t. l.* 3. *J. de diverſ. off. & apparit.* adde *l.* 3. *ff. de off. adſeſſ.* 34 *l.* 38. *ff. ex quib. cauſ. major.* ſic legimus Caſſiodorum patriæ ſuæ Lucaniæ & Brutiorum corrector fuiſſe. Caſſiodor. 1. *Var.* 35 Ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur.